



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quid sit fides, & eius virtus atq[ue] iustitia. tit. 153

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

ternæ, quam exhibet nobis Deus per medium fidei  
obedientiam legis propter Christum gratis, id est,  
propter Christum vt causam, non propter nostra ope-  
ra vt causam, Rom. 11. Si gratia ex operibus, iam gra-  
tia non est gratia. At non exhibetur gratia sic gratis,  
vtriusque medijs, scilicet fidei, sacramentorum, &c.  
Nam per fidem Deus iustificat & pœnitentiam, Rom.  
3. Marc. 1. Per orationem exaudit, Ioan. 16. Per obedi-  
entiam legis dat vitam, Mat. 19.

Particula ergo gratis, non excludit media, sed me-  
dia: per media Deus exhibet, per media apprehendi-  
mus & retinemus gratiam Christi, sed causa est solus  
Christus. Meritum Christi vnicum est, non efficiunt  
media gratiam, sed apprehendunt & retinēt, sicut ei-  
us & potus non dant & efficiunt vitam, sed retinēt,  
&c. sunt causa, sine qua vita non retinetur.

Quartò, differunt gratia ipsa, id est, meritum, mors  
& victima Christi, & dona gratiæ, id est, Spiritus san-  
ctus cum suis fructibus, Galat. 5. Gratia Christi, causa  
est iustificationis, sed dona Spiritus sancti, qui in ba-  
ptismo infunditur, ad Tit. 3. Act. 2. renouant, conser-  
uant gratiam, &c. Nam si secundum carnem vixeri-  
mus, Roman. 8.

*QVID SIT FIDES, ET  
eius virtus atq; iustitia.*

## TITVLVS CLIII.

**F**ides est firma fiducia consequen-  
tæ misericordiæ, propter Christum pro-  
missæ. Heb. 11. Est firma substãtia, id est,  
fiducia certa rerum sperandarum, id est  
remissionis peccatorum, donationis Spi-  
ritus sancti & vitæ æternæ propter Christum, quæ  
non apparent. Nam lex, peccatum, mors, sathan, o-  
mnes accusant & condemnant. At fides sese oppo-  
nit contra illorum terrorem & accusationem, sciens  
Christum

Christum illorum victorem esse & fortiorem, & credit promissioni, id est, misericordiae diuinæ, quæ promittit credenti misericordiam, liberationem propter ipsum, Ioann. 16. Confidite, quoniam ego vincedum mundum. Ioan. tertio, Ut omnis qui credit &c.

Secundò, virtus fidei prima, quæ est medium, per quod Deus primò & principaliter iustificat, Roma. 3. & remissionem exhibet, non quòd meretur ipsa dignitas fidei, sed quoniam apprehendit & nobis propriam facit gratiam Christi. Romano. 8. Deus est qui iustificat. Secunda virtus, quia conscientia querat, vt sit certa de salute. Nam quia propter Christum, & non opera, est promissa salus, idè salus ex promissione, cui accedit fides vt sit certa, Roman. 4. Tertia virtus est, qua operatur per dilectionem, Galat. 3. obedientiam legis Dei. Nam hæc impetrat Spiritum sanctum cum suis fructibus, & hic reuouat hominem & novos creat motus &cæ. Non sufficit autem solam fidem apprehendisse iustificationem, nisi reuocetur per obedientiam legis. Roma. 3. Legem seruamus. Lucæ 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Tertiò, iustitia fidei est, credere quòd propter personam Christi & victimam illius, Esai. 53. sumus Deo accepti, & placeamus Deo primò & ante omnia. At ratio humana putat, quòd Deo sumus accepti & gratia propter opera nostra facta, vt si ieiunauero, &c. propter hæc opera sum iustus & sanctus, quasi propter opera Deus saluet & iustificet, & non propter Christum. Idè dicitur quòd fides Abraham putata est ad iustitiam, Genes 15. & Romano. 4. Et non circumcisio, Romanor. 4. neque lex. Ioann. 14. Nemo venit ad patrè nisi per me. Galat. 2. Si iustitia ex lege Christus gratis mortuus est. Est igitur iustitia fidei, scire quod propter Christum placeamus, & non ob nostra opera, primò & principaliter.

Ex ignorantia igitur huius iustitiæ fidei, venit tanta diuersitas satisfationum, indulgentiarum, religionum, operum, traditionum humanarum &c. nam omnes fiduciam operum habentes, vnus alteri se præferat, ignorantes quòd sola Christi persona causa est iustificationis & salutis, Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum &c. Hanc igitur fidei iustitiam oportet præbucere omnibus alijs operibus, & illi tribuere iustificationem, quam apprehendit propter Christum, & non propter opera nostra. At illa apprehensa, sequuntur opera & iustitia operum, quæ etiam secundum gradus suum habet præmium, 1. Corint. 3. & 15. Differt stella &c.

## DEUS QUID SIT.

## TITVLVS CLIIII.

**D**imò, Deus est omne illud quod bonum est, à quo cuncta etiã quæ bona sunt, originem & creationem habent Mar. 10. Nemo bonus nisi solus Deus. Hic Deus vnus in natura est, & trinus in personis, quæ vocantur, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Mat. vlt. & Deut. 6. Pater dicitur, quia genuit ab æterno filium, Psal. 2. Filius, quia genitus à patre. Spiritus sanctus, ab utroque procedens. Illorum opera sunt indiuisa, sicuti vnus sunt nature, eiusdem potestatis, clementiæ, &c.

Secundò, Pater Deus, quoniam noluit in seipso esse solus, sed voluit communicare suam bonitatem etiam alijs, & noluit esse Deus mortuorum, vel non existentium creaturarum, idèd in principio temporis creauit cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt, visibilia & inuisibilia, hominem & iumenta, & alia illis necessaria ad vitam, Gen. 1. Et sic omnia propter seipsum, vt lauderetur gloria gratiæ suæ, Eph. 1. ab omnibus creaturis. Creauit ergo hominem ad imaginem suam, id est, rationem ei donando præ alijs creaturis,

A A a 5 &amp; ad